



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CLXXXII. Der Pfalzgraf Ludwig bei Rhein, die Herzöge Johann und Albert
von Sachsen und der Markgraf Otto von Brandenburg bestätigen die
Schenkungen des Römischen Königs Rudolph dem Papste, am 19. ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

vos ipsos illi columnas adiungitis et affistitis in ejus gubernatione custodes. Certe multa Te et alios predictos potentia dignitatis amplificat quam inprovidis circumspexio veritatis. Nam quanto eminentius consilium vestrum extollitur, tanto maturius vos oportet attendere, quod in agendis expediat, ut ex quibuslibet vestris actibus Pater collaudetur eternus, decor fernetur ecclesie, amplietur cultus justitie ac in omnibus debitum obseruetur, cum ex iis regnorum et principum quietes adueniant et eorum folia corroborentur incrementa vigoris et gratie perceptura. Cum igitur ex tenoribus privilegiorum et declarationibus Romanorum Imperatorum, que in Archivis suis Romana servat ecclesia, appareat, totam terram, que est a Radicophano usque Ceperanum, Marchiam Anconitanam, Ducatum Spoletanum, terram Comitisse Mathildis, civitates Rauenne, Aemilie, Bobii, Cesane etc. — cum adjacentibus terris et omnibus aliis ad predictam ecclesiam pertinentibus cum omnibus finibus, territoriis atque insulis in terra marique ad civitatem et loca predicta quoquo modo pertinentibus nec non civitatem Romanam, regnum Sicilie cum omnibus ad ipsam pertinentibus tam citra Pharum quam ultra, Corsicam quoque atque Sardiniam cum ceteris terris ac juribus ad ipsam ecclesiam pertinentibus ad nos et eandem ecclesiam pleno jure pertinere ac nostri et ipsius ecclesie jurisdictionis et principatus existere. Et charissimus in Christo filius noster Rudolphus Rex Romanorum illustris hec omnia predicta et plura alia, que per eosdem imperatores et alios predecessores suos facta, promissa et gesta fuerant, recognouerit, ratificauerit, declarauerit ac de nouo concesserit per se ac suos nuntios speciales. Nos cupientes ut hec omnia in sua soliditate permanent in futurum, Nobilitatem Tuam rogamus et hortamur attente, quatenus premissis omnibus et aliis, que per eundem regem et alios de mandato suo facta gesta promissa recognita et ratificata sunt vel fieri promitti recognosci et ratificari contigerit, Tuum prebeas assensum sic ea studens promptis studiis approbare juxta formam, quam Tibi per dilectum filium Sigfridum de Anagna Decanum ecclesie S. Andomari Merinensis dioeceseos capellanum nostrum transmittimus, quod deuotio Tua promptitudine vigente reluceat, obvietur futuris aufractibus et nos ac eadem ecclesia sicut rex et Tu etiam successiue plena quietis ubertate fruamur et in predicti regis et vestris successibus prosperis non immerito delectemur. Vt autem de premissis plenius informeris, predictum Capellanum, de cuius fidelitate ac circumspexione confidimus, ad partes illas duximus destinandum, e cuius instructionibus percipere poteris, quid presens negotium ex eminenti sua qualitate requirit. Datum Rome, XII. Kal. Januar. Pontificatus nostri anno primo.

Nach einer Gumblingerischen Abschrift, Gercken's Fragm. March. V, 1 und Buchholz's Gesch. der Ehurmark IV, Urk. Anh. S. 107.

CLXXXII. Der Pfalzgraf Ludwig bei Rhein, die Herzöge Johann und Albert von Sachsen und der Markgraf Otto von Brandenburg bestätigen die Schenkungen des Römischen Königs Rudolph dem Papste, am 19. März 1279.

Ludovicus Dei gratia Comes Palatinus Rheni Dux Bavarie, Johannes et Albertus Duces Saxonie, Otto Marchio Brandeburgensis universis presentem paginam
Haupttheil. II. Bd. 1.

inspecturis salutem in Auctore salutis. Complectens ab olim sibi etc. (Wörtlich übereinstimmend mit der hiernächst folgenden Bestätigung des Markgrafen Otto vom 12. September 1279 bis) Actum et datum anno Domini MCCLXXIX. XIII. kal. Aprilis, Indictione septima, regnante predicto Domino nostro Rodolpho Romanorum Rege glorioso, Regni ejus anno sexto.

Aus König's Spicileg. ecclesiastic. Cont. I, S. 182.

CLXXXIII. Markgraf Otto von Brandenburg ertheilt seine Genehmigung zu allen dem, was König Rudolph dem Papste geschenkt oder bestätigt habe, am 12. September 1279.

Otto, Dei gratia marchio Brandenburgensis, omnibus presentem paginam inspecturis. Complectens ab olim sibi Romana mater ecclesia quadam quasi germana charitate Germaniam, illam eo terrene dignitatis nomine decoravit, quod est super omne nomen temporaliter tantum presidentium super terram; plantans in ea principes tanquam arbores pre-electas, et rigans illas gratia singulari, illud eis dedit incrementum mirande potentie, ut ipsius ecclesie auctoritate suffulti, velut germen electum per ipsorum electionem illum, qui frena Romani teneret imperii, germinaret. Hic est illud luminare minus in firmamento militantis ecclesie per luminare maius, Christi vicarium, illustratum. Hic est, qui materialem gladium ad ipsius nutum ecutit et convertit, ut eius presidio pastorum pastor adiutus oves sibi creditas spiritali gladio protegendo communiat, temporali refrenet et corrigat ad vindictam malefactorum, laudem vero credentium et honorum. Ut igitur omnis materia dissensionis et scandali, seu etiam rancoris occasio inter ipsam ecclesiam et imperium auferantur, et ii duo gladii in domo Domini constituti, debito federe copulati, se ipsos exerceant in utilem reformationem regiminis univervi; et nos in actu voluntatis et operis inveniamur filius devotionis et pacis, qui tam ecclesiam, quam imperium conservare tenemur, quicquid per dominum nostrum Rudolphum Dei gratia Romanorum regem semper augustum, sanctissimo patri et domino nostro domino Nicolao pape III. eiusque successoribus, et ipsi Romane ecclesie recognitum, confirmatum, ratificatum, innovatum, de novo donatum, declaratum sive concessum, iuratum et actum seu factum est per privilegia, vel quecumque alia scripta quorumcumque tenorum super recognitionibus, ratificationibus, approbationibus, innovationibus, confirmationibus, donationibus, concessionibus et factis seu gestis tam aliorum imperatorum et regum Romanorum predecessorum regis eiusdem, quam ipsius regis; et specialiter super fidelitate, obedientia, honorificentia et reverentia per Romanos imperatores et reges Romanis pontificibus et ipsi ecclesie impendendis, ac possessionibus, honoribus et iuribus eiusdem ecclesie et nominatim super tota terra, que est a Radicofano usque Ceperanum, marchia Anconitana, ducatu Spoletano, terra Comitisse Mathildis, civitate Ravenna et Aemilia; Bubio, Cesena, Foropopuli, Forlivio, Faventia, Imola, Bononia, ferraria, Comaclo, Adria atque Gabello; Arimino, Urbino, Monte feretri, territorio Balnensi, comitatu Bretenorii, exarchatu Ravenni, Pentapoli, Massa Trabaria cum adiacentibus terris et omnibus aliis ad predictam ecclesiam pertinentibus, cum omnibus fini-